eo quod animarum representandarum habent officium
speciali erat amore devocior propter fervidum
quem habebat zelum ad salutem omnium salvan
dorum. Ex recordatione sanctorum omnium tamquam
lapidum ignitorum in deificum recalescebat incen
dium. apostolos omnes et precipue Petrum et Paulum, propter
fervidam karitatem quam habuerunt ad christum sum
ma devocione complexans. ob quorum reverenciam
et amorem quadragesime specialis ieiunium domino
dedicabat. Non habebat aliud christi pauper
nisi duo minuta. corpus scilicet et animam. que posset
liberali caritate largiri. Sed hec pro amore christi
sic offerebat continue. ut quasi omni tempore
per rigorem ieiunii corpus et per ardorem desiderii
spiritum immolaret. exterius in atrio sacrificans ho
locaustum. et interius in templo incendens thymi
ama. Sic autem eum karitatis excessiva devo
cio sursum in divina ferebat. ut eadem affectu
osa benignitas ad nature consortes et gratie
dilataretur. Quem enim creaturis cunctis germa
num pietas cordis effecerat. mirum non est. si
christi insignitis ymagine et sanguine